

cuius quidem indole meliora sperabantur,⁺ contra spem agens et ad ea, quae suis conveniebant moribus, animum mox convertens — nam, sicut postea in propatulo claruit, ipse non proposuit in clero remanere — cepit etiam ipse bona ecclesie quae surperesse poterant licentissime dissipare, castra et possessiones ecclesie distrahere, alia creditoribus obligando, alia in laicorum^{o)} beneficia dispergendo et maiora prioribus debita cumulando. Ita ultimum vero, cum ipse dictam Coloniensem ecclesiam cum tanto eiusdem discrimine per spatium decem mensium atque dimidii administrasset, aspirans ad laicatum¹⁾ et sententiam iam metuens depositionis sibi de proximo²⁾ imminere idem de necessitate virtutem³⁾ faciens ipsam Coloniensem ecclesiam per procuratores in manibus dicti domini pape Urbani resignavit, anno videlicet domini 1364 die aprilis 15. asportans secum pecunias et preciosa quaeque, quae de bonis ecclesie promptioribus sibi poterant superesse.⁴⁾ Utrum autem cessio vel resignatio huiusmodi ipsius Adolphi pura fuerit et simplex an ne⁴⁾ inter ipsum et successorem eiusdem pacta aliqua vel conventiones pessime intervenerint,⁵⁾ suspitione quidem ex causis coniecturis quidem verisimilibus non carebat,⁶⁾ immo dubium non existit.⁷⁾ Constat namque, quod idem Adolphus post suam^{7a)} cessionem sibi retinuit per omnia tempora successoris magnam atque notabilem partem possessionum, reddituum et honorum ecclesie, videlicet castrum et opidum Berke²⁾ cum theoloneo³⁾ et toto districtu.²⁾ Suspicionis quoque huiusmodi opinionem¹⁾ adaugebat vehementer, quod idem Adolphus post

+ add. 5: iuvenis quidem etate, annum 30. vel circiter etatis agens (annum cod.), sed iunior moribus, in sacris ordinibus nondum existens — nam et ipse Monasteriensem ecclesiam per quinque vel circiter annos tenuerat ad ordines non promotus — contra spem agens etc.

o) laicorum 1. p) laicatum 1. q) proprio 4. 4. 4. r) sibi add. 2. s) sabesse 1. t) ne deest 4. 4. 4.

u) intervenerunt 2. v) carbit 2. w) existit 2. x) Berke 1. de Berke 2. y) thelonio 1. theoloneo 4. 4. 4.

z) atque districtu 1. a) opinionum 1. 2.

7a) v. pactum, quod fecit cum Adolpho Engelbertus 1364 iun. 5 ap. Lac. II, p. 552, cf. Ennen Gesch. II, p. 361.